P. Benedictus Gottwald, Catalogus codicum manu scriptorum qui asservantur in Bibliotheca Monasterii O.S.B. Engelbergensis in Helvetia, Freiburg im Breisgau 1891, p. 84-86.

3.° *Indiculus operum sancti Hieronymi. Fol. 128.*

Ut opera beati Jeronimi valde utiliter confecta breviter commemorem, scripsit vitam Pauli monachi — et alia quamplurima ad aedificationem ecclesiae catholica pietate composuit.

CODEX 49. olim signatus 3/18.

Foliorum 119. 278 : 208 mm. Ultimum folium maxima ex parte — salvâ scripturâ — mutilum est. Codex rubricatus rubrisque litteris initialibus atque nonnullis maioribus litteris coloratis decoratus, lineis plenis exaratus est saeculo XII. sub b. Frowino abbate, quod colligitur ex versibus fol. 1:

Quod vetus occultat lex, hoc liber hic manifestat;
Quare Frôwinus conscripsit eum studiosus.

1.° Sophronii Eusebii Jeronimi in libris Hebraicarum quaestionum ante se inauditis. *Fol. 1—21'.*

Fol. 1'. Prologus. Qui in principiis librorum — in angulis garrire tenebrosis.

Fol. 2. Incipit liber Hebraicarum quaestionum libri Geneseos. In principio fecit deus coelum et terram. Plerique existimant — qui servientes altari, vivant de altari. Explicit de Genesi. *P. L. 23, 935—1010.*

2.° Explanatio decem temptationum *et earum* succincta commemoratio. *Fol. 21'—23.*

Haec sunt verba quae locutus est — ut considerarem terram. Prima temptatio in mari rubro — Decima de exploratoribus. *P. L. 23, 1319—1322.*

3.° Explanatio cantici Deborae et Barach. *Fol. 23—25'.*

Cecineruntque Debora et Barach — sicut habes in Jeremia propheta. *P. L. 23, 1321—1328.*

4.° Hebraicae quaestiones de libro regum. *Fol. 25'—41.*

Fuit vir unus de Ramathain — qui domum domini in Jerusalem fabricaret. *P. L. 23, 1329—1366.*

Deinde additur: Quos occidit et effudit sanguinem belli in pace, et posuit cruorem in baltheo suo et caetera. Sanguinem belli effudisse dicitur, quia cum esset pax, suscitavit bellum. Venit nuntius ad Joab, quod declinasset post Adonyam et non declinasset post Salomonem i. e. venit ad eum fama quod in domo Salomon diceretur, illum secutum non fuisse Salomon, sed declinasse post Adoniam, ut scilicet antequam Adonias affectasset regnum, Salomonem non dilexisse nec ei favisse, sed ab eo declinasse diceretur, quod totum rei probavit eventus.

5º. Hebraicae quaestiones libri Dabreiamin *i. e. Paralipomenon. Fol. 41—53'.*

Heber nati sunt duo filii — Cyrus, ut ruinas templi restauraret. *P. L. 23. 1365—1402.*

6º. Quaestiones in Abacuc prophetam. *Fol. 53'—55.*

Ubicumque onus verbi domini ponitur, gravedo — sileat a facie eius omnis terra, cum venerit ad iudicandum.

7º. *Quaestiones in Zachariam prophetam. Fol. 55.*

Haec dicit dominus exercituum: Jeiunium quarti et ieiunium quinti — fuerunt ducti in captivitatem Ezechiel propheta et Mardochaeus.

8º. Chronica succincta. *Fol. 55'. et 56.*

Quadragesimo tertio anno regis Nini qui primus regnavit — transtulit decem tribus in Assirios et civitates Medorum.

9º. Liber prooemiorum de librorum veteris ac novi testamenti plenitudine. *Isidoro Hispalensi episc. auctore. Fol. 56—62.*

In principio quinque libri Moysi — flumen etiam baptismi et mundum vitae in dominum Jhesum Christum. *P. L. 83, 155—180.*

10º. Liber locorum in Genesi et caeteris. *Fol. 62—85.*

Praemittitur Praefatio sancti Jeronimi in libro locorum ab Eusebio Pamphili Caesariensi episcopo prius edito in graeco et hic in latinum translato

sermonem. Eusebius qui a beato Pamphilo — supergredi me posse credo. Ararat, Armenia. Si quidem in montibus — ubi Adonias immolavit victimas iuxta fontem Rogel. *P. L. 23, 859—928.*

11° Nomina regionum et locorum de actibus apostolorum. *Fol. 85—88.*

Acheldemach, ager sanguinis, qui hodie — populus stans desuper atque spectans ludos scenicos contempletur. *P. L. 23, 1297—1306.*

12° Liber Eucherii translatus a Jeronimo de significationibus plerorumque nominum. *Fol. 88—104.*

Oculi domini intelliguntur inspectio divina — quod de duobus coloribus i. e. de duobus testamentis conficitur. *Rerum ordine hinc inde mutato concordat cum libro formularum spiritalis intelligentiae, cap. II.—VIII. P. L. 50, 737 sqq. Cfr. cod. 70. loco 2°*

13° Liber interpretationis Hebraicorum nominum editus a Philone Judaeo. *Fol. 104—119.*

Praefatio sancti Jeronimi: Philo vir disertissimus Judaeorum — hic ut Christianus impleret. Non statim ubicumque — in interpretatione variari. Athyopiae, tenebrae vel caliginis ... *P. L. 23, 771 sqq.*

CODEX 50. olim signatus 4/3.

Foliorum 194, 262 : 188 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. exeunte. Tituli miniati sunt sicut et litterae initiales, praeter nonnullas figuris ornatas: fol. 2. conspicitur effigies sancti Hieronymi presb. Ultimum folium scripturâ vacat.

Variae epistolae Sanctorum Patrum.

Fol. 1. Incipiunt capitula quae in hoc continentur libro. *(rubr.)*

Fol. 1'. Epistola JERONIMI ad Agerotiam de monogamia id est de viduitate. *(rubr.)* In veteri via ... *P. L. 22, 1046—1059.*

Fol. 14. Epistola *(s. Hieronymi)* ad Marcellam. *(rubr.)* Nuper cum pariter essemus ... *P. L. 22. 430—431.*